



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Breviario Concionatorio, Strenæ, Fidelis Prophetissa Concionibus de B. M. Virgine serviens, Conciones Occurrentes & Funebres

Tylkowski, Wojciech

Oliva, 1686

In Eadem Nativitate S. Joannis Bapt.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51821](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51821)

& sacrificantem, sanguinem sanguini commiscentes, hæc Germ. Eadem afferit Euthym. Theophilact. & Basil. hom. de humana Christi generatione. Sed quòd idè sit occisus quòd Adventum Salvatoris prædicaverit, pro apocrypho habet S. Hieron. Joannem vocat Angelum Malach. 3i. hunc Angelum dicerem eum qui stetit uno pede in mari, altero in terra. Apoc. 10. Chrysof. hom. de Joan. Bapt. *Gloriosius fuit Joanni quod cum homo esset, Angelus vocaretur, quàm si illud esset & nomine & naturâ.* De illo Cant. 2. *Surge amica mea & veni, vox turturis audita est in terra nostra.* Greg. Nyssen. hom. 5. in Cant. *Joannes turtur est, & veris præcursor, quo de radice Jesse flos prodibit.*

In Eadem Nativitate S. Joannis.

OMnes sancti gratiam DEI acceperunt, sed Apostoli copiosius ut est Rom. 8. De Moyse Eccl. 24. *Non est inventus similis illi qui conservaret legem Excelsi.* Sed Joannes etiam in utero sanctificatur, Pater Christi, quia illum baptisavit, est Propheta, Confessor, virgo, Martyr. Sed unde mos processit apud Polonos præcipuè ut per ignem cum superstitionibus aliquando excitatum saltent, artemisia herbâ se præcingant, &c. Dicam ex Polono Medico Martino Urzedov; ubi de herba Artemisia. Dianna habuit aliud nomen, Artemis, illi dicata fuit herba prædicta, & propter eam vocata Artemisia, die 24. Junii, hæc Dea colebatur saltibus per ignem, canticis, coronabatur levina dictâ herbâ, homines se eadem præcingebant, hic ergo cultus cum obscænis cantionibus, superstitionibus, est cultus Dianæ, non gaudium in Nativ. S. Joannis. Similia insinuant Constit. Synodales.

In Ea-